

CONSILIUM AD EXSEQUENDAM CONSTITUTIONEM
DE SACRA LITURGIA

NOTITIAE

24

DECEMBRI 1966

CITTÀ DEL VATICANO - PALAZZO SANTA MARTA

NOTITIAE

Commentarii ad nuntia
de re liturgica edenda cura
Consilii
ad exsequendam Constitutionem
de sacra Liturgia

« Notitiae » prodibunt semel in mense. Libenter, iudicio Directionis, nuntium dabitur Actorum, inceptuum, editionum in re liturgica, praesertim e Coetibus Episcoporum vel Commissionibus liturgicis nationalibus emanantium, si scriptorum vel periodicorum exemplar missum fuerit.

Directio: Commentarii sedem habent in Civitate Vaticana, Palazzo S. Marta, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta, his verbis inscripta:
NOTITIAE, Città del Vaticano

Administratio autem residet apud
Libreria Editrice Vaticana
Città del Vaticano

Pro commentariis sunt in annum solvendae:

in Italia lit. 2.000
extra Italiam lit. 3.000 (\$ 5)
singuli fasciculi veneunt:
lit. 200 (\$ 0,35)

Pro annis praecedentibus
singula volumina: lit. 4.000 (\$ 7)
id. lintheo contexta: lit. 5.000 (\$ 8,40)
singuli fasciculi lit. 400 (\$ 0,70)

★

In Italia pecunia mittenda est per
C.c.p. N. 1/16722

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

24

Vol. 2 (1966), n. 9

SUMMARIVM

« Expériences » liturgiques . . . 345

Acta Consilii

Summarium decretorum quibus deliberationes Coetuum Episcoporum confirmantur . . . 347

Summarium decretorum quibus confirmantur interpretationes populares Propriorum religiosorum . . . 350

Labores Coetuum a studiis: Ordo exsequiarum pro adultis (P. P. Gy, OP) . . . 353

Actuositas Coetuum Episcoporum

Libri liturgici officiales (Regiones linguae gallicae; Regiones linguae hispanicae) . . . 364

Studia

Le Psaume Graduel (P. Lucien Deiss, CSSp.) . . . 365

Varia . . . 373

Bibliographica . . . 376

Index voluminis II (1966) . . . 378

I. Acta Summi Pontificis . . . 378

II. Acta « Consilii » . . . 379

III. Sacra Rituum Congregatio . . . 380

IV. Sacra Paenitentiarum Apostolica . . . 381

V. Sacra Congregatio Concilii . . . 381

VI. Coetus Episcoporum . . . 381

VII. Familiae Religiosae . . . 389

VIII. Celebrationes peculiares . . . 391

IX. Studia . . . 391

X. Documentorum explanatio . . . 391

XI. Varia . . . 392

XII. Bibliographica . . . 392

XIII. Imagines photographicae . . . 392

« EXPÉRIENCES » LITURGIQUES

Chargé de préparer la réforme des livres liturgiques, le « Consilium » travaille d'arrache-pied depuis près de trois ans, avec la collaboration dévouée et compétente de deux cents experts. Munis de l'approbation provisoire du « Consilium » et avec le consentement du Souverain Pontife, quelques rites restaurés font actuellement l'objet d'« expériences » en divers pays, sous le contrôle immédiat de l'Evêque du lieu: ainsi pour le baptême des adultes et les funérailles des adultes. On sait aussi que depuis un an des Lectionnaires fériaux ont été autorisés « ad experimentum », en attendant la refonte complète du Lectionnaire Romain. Les Rituels de la concélébration et de la communion sous les deux espèces, avant d'être promulgués le 7 mars 1965, avaient été soumis, plusieurs mois durant, à une féconde expérimentation. Ainsi procède sagement la réforme liturgique, en éprouvant, dans le concret de la vie, les travaux des experts. Mais, est-il besoin de le rappeler, cette expérimentation se fait *dans l'ordre*, sur des projets longuement préparés, soigneusement critiqués, puis dûment approuvés pour un usage limité et contrôlé, avec compte-rendus périodiques à l'Autorité supérieure.

Toutes différentes sont ces « expériences » qui prolifèrent ici ou là sous l'initiative privée ou dans le sillage d'organismes. On en prend connaissance au hasard d'un voyage, au cours de conversations avec prêtres ou laïcs ou encore en lisant les revues. Et l'on reste abasourdi, effaré ...

Le 30 juin 1965, Son Eminence le Cardinal G. Lercaro, Président du « Consilium », demandait aux Présidents des Conférences Episcopales que « disparaissent ces initiatives personnelles, prématurées, nuisibles, que Dieu ne bénit pas et qui ne peuvent par conséquent porter des fruits durables » (cf. *Notitiae*, 1 [1965] 259). Vingt mois après cet appel, la situation n'a guère changée: ici des formulaires nouveaux, créés de toutes pièces, pour la messe et même pour le canon, circulent sous le manteau ou en plein vent et servent aux offices; là on ignore complètement les limites fixées par le droit actuel pour l'usage de la langue vivante; ailleurs

les gestes liturgiques ne relèvent plus que du jugement individuel du célébrant ou de la communauté rassemblée.

Et l'on commence maintenant à vouloir légitimer cette situation: là où la liturgie est vivante, dit-on, elle est naturellement créatrice. Cette force créatrice ne peut être le monopole exclusif des organismes d'autorité: elle agit aussi dans tout le peuple chrétien célébrant une liturgie qui est ainsi remise en état de re-naissance, où se manifeste tout son dynamisme. Bien sûr, ajoute-t-on, il faut éviter la licence qui conduit à l'anarchie. C'est dire qu'on devra user du discernement des esprits pour distinguer les vrais charismes et les nouveautés malséantes ...

La part de vérité qui se trouve dans cette manière de voir ne peut détruire l'aspect fondamental du culte chrétien, qui est d'être hiérarchique, tout autant que communautaire. Les documents officiels ne cessent de le rappeler, et il serait inconvenant de vouloir opposer, dans ce domaine, la Constitution *De sacra Liturgia* avec d'autres documents conciliaires (Const. *De Ecclesia*, Décret *Christus Dominus*, Const. *Gaudium et spes*).

La Constitution conciliaire sur la liturgie parle à deux reprises des « adaptations » (n. 40) et des « recherches et expériences nécessaires » (n. 44). On y répète à chaque fois que tout cela doit être fait dans l'ordre, sous le contrôle immédiat de la Hiérarchie, et avec l'autorisation explicite du Saint-Siège: « de consensu Apostolicae Sedis », « ab Apostolica Sede facultas tribuatur ». Comme le rappelle Son Eminence le Cardinal Lercaro, dans la Lettre précitée, ces expériences « sont prévues comme quelque chose de limité à des milieux préparés et choisis, et cela pour un temps bien défini et sous la vigilance de l'Autorité ecclésiastique ... Il n'est permis à personne de faire des « expériences » sans autorisation explicite » (*loc. cit.*, 260). Autant le « Consilium » souhaite recevoir les suggestions constructives, d'où qu'elles viennent, « pour que la réforme soit l'œuvre de toute la Sainte Eglise » (*ibidem*, 259), autant il réproouve, en les déplorant, les initiatives de personnes ou de groupes menées de façon arbitraire, et qui troublent profondément la marche de la restauration liturgique. L'œuvre entreprise est à ce prix de patience et d'obéissance.

SUMMARIUM DECRETORUM
QUIBUS DELIBERATIONES COETUUM
EPISCOPORUM CONFIRMANTUR
(a die 16 oct. ad diem 15 nov. 1966)

EUROPA

Graecia

I. Documenta: 12 sept. 1966 (Prot. n. 2391/66); 12 et 20 oct. 1966 (Prot. n. 3182/66 et 2766/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: Proprium Missae a dom. XIV ad XXIV post Pentecosten et dom. I-IV Adventus, necnon festi Assumptionis B. M. V., D. N. Jesu Christi Regis, Omnium Sanctorum et in Commemoratione Omnium fidelium defunctorum.

Italia

V. Decreta particularia:

85. Astensis (11 nov. 1966, Prot. n. 2926/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
86. Calaritanae (8 nov. 1966, Prot. n. 2795/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum archidioeceseos.
87. Carpensis (4 nov. 1966, Prot. n. 2765/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
88. Cuneensis (8 nov. 1966, Prot. n. 3094/66): confirmatur interpretatio italica orationum Missarum propriarum dioeceseos.

89. Muranae (8 nov. 1966, Prot. n. 3093/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
90. Salutarum (11 nov. 1966, Prot. n. 3092/66) confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
91. Viglevanensis (8 nov. 1966, Prot. n. 3030/66) confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.

ASIA

India

V. Decreta particularia:

16. Darjelingensis (14 nov. 1966, Prot. n. 2758/66): confirmatur interpretatio lingua nepali Ordinarii Missae, Proprii Missarum pro diebus dominicis et festis de praecepto; ritus aspersionis aquae benedictae, benedictionis domorum, puerorum, infirmorum, armentorum et messium; ordinis exsequiarum et orationum pro morientibus.

Thailandia

I. Documenta: 28 oct. 1966 (Prot. n. 2788/66).

II. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA *Orate fratres* cum sua responsione.

IV. Interpretationes populares adhibendae: Textus qui in missali, anno 1965 edito, invenitur.

Turcarum Respublica

I. Documenta: 12 nov. 1966 (Prot. n. 3031/66).

II. Lingua vernacula quae adhiberi potest: Turcica, gallica, italica, germanica, anglica, arabica, hispanica, polona.

III. Partes quae lingua vernacula proferri possunt:

1. IN MISSA: iuxta decretum typicum.
2. IN SACRAMENTIS ET SACRAMENTALIBUS: iuxta decretum typicum, excepta formula essentiali.

IV. Interpretationes populares adhibendae:

a) lingua turcica:

1. MISSALIA: *Dini Ayin Kitabı* (Izmir 1961), *Dua Kitabı* (1964), *İncili Serif* (Patavii 1959).
2. RITUALIA: *Roma ibadet Usulü* (Izmir 1960).

- b) aliis linguis: Textus a Coetibus Episcoporum respectivarum regionum approbati.

Viet-Nam

V. Decreta particularia:

Dalatensis (3 nov. 1966, Prot. n. 2811/66): confirmatur interpretatio koho Proprii Missarum Communium Sanctorum et ritus Confirmationis.

AFRICA

Malawi

V. Decreta particularia:

2. Mzuzuensis (18 nov. 1966, Prot. n. 3205/66): confirmatur interpretatio tumbuka formulae absolutionis sacramentalis.

Uganda

V. Decreta particularia:

7. Morotoensis (14 nov. 1966, Prot. n. 3110/66) confirmatur interpretatio Karimojong lectionum Missae pro diebus dominicis et festis.
-

OCEANIA

Australia

I. Documenta: 12 et 16 nov. 1966 (Prot. n. 3153/66 et 3192/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: Textus anglicus Missae et Officii B. M. Virginis a Bono Consilio et Proprii Missarum et Officiorum dioecesium Australiae.

Lingua « Esperanto »

I. Documenta: 15 sept. 1966 et 22 oct. 1966 (Prot. n. 2585/66; 2763/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: Textus Proprii Missarum a dom. XVI ad XXIV post Pentecosten et in festis D. N. Iesu Christi Regis et Omnium Sanctorum.

SUMMARIUM DECRETORUM QUIBUS CONFIRMANTUR INTERPRETATIONES POPULARES PROPRIORUM RELIGIOSORUM

(a die 16 otc. ad 16 nov. 1966)

Congregatio Angliae O.S.B.

1. Die 31 oct. 1966 (Prot. n. 2755/66): confirmatur interpretatio anglica Proprii Missarum Abbatiarum B. M. Virginis de Quarrerria, S. Benedicti de Ealing, S. Mariae de Stanbrook, S. Caeciliae de Ryde.

Ordo Fratrum Minorum

MELITA

11. Die 14 nov. 1966 (Prot. n. 3173/66): confirmatur interpretatio melitensis Proprii Missarum Ordinis.

Societas Mariae
(Marianisti)

ITALIA

2. Die 15 nov. 1966 (Prot. n. 2716/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum Societatis.

Congregatio a sacris Stigmatibus D. N. I. C.

BRASILIA

3. Die 25 oct. 1966 (Prot. n. 2861/66): confirmatur interpretatio lusitana Proprii Missarum Congregationis.

Missionarii S. Francisci Salesii

ANGLIA

1. Die 31 oct. 1966 (Prot. n. 2755/66): confirmatur interpretatio anglica Missae s. Francisci Salesii.

Congregatio Augustinianorum ab Assumptione

ANGLIA

1. Die 31 oct. 1966 (Prot. n. 2755/66): confirmatur interpretatio anglica Proprii Missarum Congregationis.

Congregatio presbyterorum a SS.mo Sacramento

4. Die 15 oct. 1966 (Prot. n. 2731/66): confirmatur interpretatio hispanica et vasconica Proprii Missarum et Officiorum Congregationis.

Congregatio sacerdotum a SS.mo Corde Iesu

ANGLIA

3. Die 31 oct. 1966 (Prot. n. 2755/66): confirmatur interpretatio anglica Proprii Missarum s. Lazari resuscitati et in Reparatione iniuriarum SS. Cordi Iesu illatarum.

Congregatio oblatorum S. Caroli Vestmonasteriensis

1. Die 31 oct. 1966 (Prot. n. 2755/66): confirmatur interpretatio anglica Proprii Missae S. Caroli.

Institutum Fratrum Scholarum Christianarum

ANGLIA

1. Die 31 oct. 1966 (Prot. n. 2755/66): confirmatur interpretatio anglica Proprii Missarum Instituti et Officii s. Ioannis Baptistae de la Salle.

Canonissae a S. Sepulchro

ANGLIA

1. Die 31 oct. 1966 (Prot. n. 2755/66): confirmatur interpretatio anglica Missarum propriarum.

Missionariae a Sacro Corde Iesu
(v. Istituto Cabrini)

ANGLIA

2. Die 22 oct. 1966 (Prot. n. 2377/66): confirmatur interpretatio anglica Missae S. Franciscæ Cabrini.

Societas SS. Cordis Iesu

1. Die 7 nov. 1966 (Prot. n. 2717/66): confirmatur interpretatio italica, iaponica, hollandica, hungarica, anglica, germanica, hispanica et lusitana Missae S. Maddalenæ Sofiæ Barat.

Sorores ab Adoratione Reparatrice

ANGLIA

1. Die 31 oct. 1966 (Prot. n. 2755/66): confirmatur interpretatio anglica Missarum propriarum.

Sorores a Misericordia

ANGLIA

2. Die 31 oct. 1966 (Prot. n. 2755/66): confirmatur interpretatio anglica Missae B. M. Virginis Matris Misericordiae.

Sorores a Scholis Christianis

ANGLIA

1. Die 31 oct. 1966 (Prot. n. 2755/66): confirmatur interpretatio anglica Missae S. Mariae Magdalenae Postel.

Sorores Minimae Nostrae Dominae a Suffragio

ITALIA

2. Die 24 oct. 1966 (Prot. n. 2794/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missae B. M. V. a Suffragio.

LABORES COETUUM A STUDIIS

Ordo exsequiarum pro adultis (P. P. Gy, OP)

Inter varias partes Ritualis Romani, liturgia exsequialis magnum momentum pastorale habet, et urget eius instauratio. Proinde competens Coetus a studiis in hoc labore primo incubuit et schema ritus exsequiarum pro adultis confecit, quod quibusdam in coetibus ad id aptis nunc conceditur ad experimentum.

I. DE RITUS DISPOSITIONE

Ex investigatione facta de praxi pastoralis exsequiarum in variis partibus mundi catholici apparuit etiam in ritu romano exsequiarum, iam ante Concilium Vaticanum II, adfuisse magnam varietatem et aptationem quasi spontaneam legitimis consuetudinibus longo iam tempore invecum. Variae consuetudines in tribus categoriis seu typis

exsequiarum ordinari possunt secundum diversa loca in quibus celebratur actus principalis exsequiarum, videlicet in ecclesia, in coemeterio vel in ipsa domo defuncti.

Exinde ut omnium regionum condiciones perspectae habeantur, Ordo exsequiarum pro adultis, iuxta tres typos componitur, quorum:

a) primus typus tres stationes praevidet, nempe in domo defuncti, in ecclesia et in coemeterio;

b) secundus typus vero duas stationes considerat, idest in sacello coemeterii et ad sepulcrum;

c) tertius typus demum unicam stationem habet, et quidem in ipsa domo defuncti.

Quando Ritualia particularia praeparabuntur iuxta novum Rituale romanum, Auctoritatis territorialis competentis erit sive tres typos ritus exsequiarum retinere, sive ordinem mutare, sive unum typum alterumque omittere. Potest enim fieri ut in aliqua natione unus typus, e. g. typus primus cum tribus stationibus, sit exclusive in usu et qua talis, ceteris exclusis, retinendus, in alia autem omnes tres sint necessarii. Ideo Auctoritas territorialis, attentis necessitatibus pastoralibus, opportune providebit.

Tribus ergo capitibus, in quibus diversi typis exsequiarum describuntur, praemittitur, sicut moris est in Rituali romano, caput I de Praenotandis et etiam caput II in quo praecipue agitur de illa coadunatione familiae et propinquorum ad orandum in domo circa corpus defuncti, quae in multis nationibus frequenter habetur. Post Ordinem exsequiarum, scilicet adultorum, habetur caput VI, de Officio defunctorum, et desideratur caput VII, de exsequiis parvulorum.

Ritus in duobus adhuc argumentis erit complendus, scilicet in regulis liturgico-canonicis de iis quibus neganda est ecclesiastica sepultura (Cf. *Rituale Romanum*, tit. VII, cap. II), et in stilo rubricarum coordinando cum rubricis quae in aliis liturgiae instaurandae libris iam habentur vel habendae sunt.

II. DE FORMULIS ADHIBENDIS

Ritus in quolibet typo descripto cum simplicitate peragi potest; et tamen magna semper textuum copia pro opportunitate offertur. Ita, ex. gr.:

a) Omnes textus in genere per alios suffici possunt, ad maiorem veritatem habendam, iuxta adiuncta cuiusque celebrationis.

b) Quaedam elementa non obligatorie statuuntur, sed ad libitum addi possunt pro opportunitate. E. gr. quando fit statio in domo defuncti, post salutionem adstantium et aspersionem corporis, unica oratio indicatur, sed addi possunt et psalmus et alia oratio pro dolentibus.

c) Iuxta traditionem liturgicam, magna libertas electionis datur in processionibus.

d) Quoties psalmus qui ob rationem liturgicam indicatur vel suadetur aliquam difficultatem pastoralement praebere potest, alius additur ad libitum, loco praecedentis, assumendus. Immo in psalmis ipsis unus alterve versus qui sub aspectu pastorali minus aptus evadit, omitti potest.

e) Invocationes litanicae cum oratione dominica, ab omnibus recitanda, in genere habentur in fine ritus, opportune aptandae et complendae.

Quoad textus orationum, lectionum et cantuum in ordine exsequiarum, generatim iidem textus retenti sunt qui in libris liturgicis romanis continentur (cum quibusdam tamen mutationibus minoris momenti in aliquibus orationibus), nisi quando, mutata ritus significatione, e. g. in absolutione defuncti post Missam, novi textus inquirendi videbantur. Attamen alii etiam textus biblici proponuntur, sicut et aliae orationes ad libitum ponendae loco illarum quae in tradito habentur ritu, ita ut « abundantior, varior et aptior lectio Sacrae Scripturae instauretur » (*Const. de S. Liturgia*, art. 35, 1) et adsit etiam aliqua varietas in psalmis, responsoriis et orationibus.

Orationes ad libitum propositae, ut plurimum ex traditione romana desumuntur. Quaedam etiam novae compositae sunt, ita tamen ut ad liturgiae sensum et ad modum dicendi romanum haud inepte videantur aptari.

In genere vitantur textus illi in Rituali hodierno exstantes, qui notionem mortis modo nimis tetro praebent. Occurrere tamen potest unus alterve textus, praesertim in responsoriis, in quibus aliqua locutio materialiter sumpta theologice minus exacta apparere potest. Solutio apta in textu ipso interpretando lingua vernacula quaeri debet, attenta vera significatione verborum et authentica traditione ecclesiae.

Opportunum insuper visum est ut Auctoritates territoriales possint, exemplaribus utendo in proposito ritu contentis, novos et ipsae textus adicere in Ritualibus particularibus, singularum regionum necessitatibus aptandis (cf. *Const.*, art. 63 b).

CAPUT I

PRAENOTANDA DE EXSEQUIIS

Caput I, quod *Praenotanda de exsequiis* inscribitur, non est nisi applicatio principiorum generalium Constitutionis de sacra Liturgia ad liturgiam exsequiarum, quoad doctrinam, actionem pastorem, et aptationes praevisas. Secundum art. 63 Constitutionis, haec *Praenotanda* in Ritualibus particularibus exarandis non omittantur oportet, haud exclusis, ut videtur, aliquibus aptationibus, v. g. quoad actionem pastorem.

Quoad doctrinam, hoc nota quadam dignum esse videtur, quod significatio paschalis mortis christianae ad normam Constitutionis revocatur, et animarum pastores insuper monentur tum in genere, tum quoad colorem liturgicum adhibendum; ne maerentes fideles videantur offendere, dum, proposita fide paschali, eos consolari conantur.

« 1. Paschale Christi mysterium in filiorum suorum exsequiis fidenter celebrat Ecclesia, ut illi, qui Christi mortui et suscitati per Baptismum concorporales facti sunt, cum ipso per mortem transeant ad vitam, in anima quidem purificandi et cum sanctis et electis in coelum assumendi, in corpore vero exspectantes beatam spem adventus Christi et resurrectionem mortuorum.

Ideo sacrificium eucharisticum Paschatis Christi pro defunctis liberandis offert pia Mater Ecclesia, precesque atque suffragia pro illis effundit ut, inter se communicantibus omnibus Christi membris, quae aliis prosint ad suffragium, sint aliis in consolationem spei.

2. Meminerint sacerdotes, cum in liturgia exsequiali defunctos Deo commendant, suum etiam esse officium ut spem adstantium erigant, fidemque foveant in mysterium paschale et in resurrectionem mortuorum, ita tamen ut, pium affectum Matris Ecclesiae et fidei consolationem afferendo, credentes quidem allevant, maerentes tamen non offendant.

3. Specialem insuper rationem habeant de iis qui occasione exsequiarum liturgicis celebrationibus assistunt vel Evangelium audiunt, sive sunt acatholici sive catholici qui Eucharistiam numquam vel vix unquam participant, vel fidem etiam amisisse videntur: sunt enim sacerdotes ministri Evangelii Christi pro omnibus ».

Quattuor insuper habentur numeri, de aptationibus quibus iuxta art. 81 Constitutionis, speciale momentumtribuendum est. Quattuor argumenta hic considerantur, scilicet: 1) maior textuum copia in Rituali ad libitum proposita; 2) possibilitas aptationis quoad aspersionem et incensationem; 3) color liturgicus exsequiarum; 4) casus in quibus exsequiae nequeunt a sacerdote celebrari.

Numerus 8 *Praenotandorum* proponit aliquam applicationem particularem principii generalis de aptationibus quoad usum aspersionis et incensationis, quae saepius habentur in liturgia exsequiali, et in aliquibus regionibus optime conveniunt cum cultura indigena, in aliis autem quandam difficultatem praebent.

Numerus 9 dicit: « Auctoritatum territorialium insuper erit colorem illum liturgicum pro exsequiis statuere, qui aptus sit ingenio populorum, quique et dolorem humanum non offendat et spem christianam ostendat mysterio paschali illuminatam ». Hic numerus applicat art. 81 Constitutionis de aptatione liturgiae exsequialis, etiam quoad colorem liturgicum, ita ut aptari possit regula hodie vicens pro ritu romano, iuxta quam praescribitur color niger pro exsequiis adultorum et color albus pro exsequiis parvulorum. Sic Episcopatus Belgii anno 1964 obtinuit a S. Congregatione Rituum usum coloris violacei aequae ac coloris nigri in exsequiis adultorum.

Numerus 10 mentionem facit de diaconis, qui iam iuxta ius anteconciliare possunt exsequias peragere « de Ordinarii loci vel Parochi licentia, gravi de causa concedenda » (*Rit. rom.*, T. VII, cap. III, n. 19; cf. Const. de Ecclesia, cap. III, n. 29: « Diaconi est, prout ei a competenti auctoritate assignatum fuerit... ritui funeris ac sepulturae praeesse »). Sed attentis necessitatibus aliquarum regionum mundi catholici, potestas peragendi exsequias etiam aliquibus laicis « congruis qualitatibus praeditis » concedenda esse videtur, si Auctoritas territorialis ita iudicaverit.

CAPUT II

DE VIGILIA IN DOMO DEFUNCTI
ET DE ORATIONE QUANDO CORPUS IN FERETRO DEPOSITUR

Totum caput II consistit in directionibus pro his quae fieri consueverunt in domo et familia defuncti, ad normam principiorum generalium Constitutionis et art. 37-38 Instructionis S. Congregationis Rituum diei 26 sept. 1964, ita ut oratio familiae christianae a liturgia foveatur et inspiretur.

CAPUT III

DE TYPO I EXSEQUIARUM, SEU CUM TRIBUS STATIONIBUS,
SCILICET IN DOMO, IN ECCLESIA, IN COEMETERIO*Art. 1. Ritus servandus in exsequiis cum tribus stationibus*

In primo articulo huius capituli continetur ritus exsequiarum iuxta typum quem vocavimus typum primum, illum scilicet qui habetur in Rituali romano et est exclusive in usu apud quasdam nationes in Europa e. g. in Italia, et alibi. Typus ille regulariter (saltem ruri) tres stationes complectitur, scilicet in domo defuncti, in ecclesia et in coemeterio, cum duabus processionibus intermediariis. Sed, ut omnes sciunt, difficultates commeatus in urbibus, et aliquando leges etiam civiles, processiones impediunt; ex alia parte, propter deficientiam cleri et distantiam coemeteriorum ab ecclesiis, sacerdotes haud raro stationes in domo et in coemeterio peragere nequeunt. His consideratis, praevidetur in ritu facultas omittendi tum ritum liturgicum in domo defuncti tum ritum in coemeterio, etsi suadendum est fidelibus ut, deficiente sacerdote vel diacono, ipsi orationes et psalmos consuetos dicant.

Alia variatio huius primi typi exsequiarum casum illum considerat in quo, ex diversis rationibus, exsequiae in ecclesia celebrantur sine Missa, verbi gratia cum Vesperis defunctorum vel aliqua liturgia verbi. Menti Constitutionis de sacra Liturgia et bono fidelium magis conforme visum est ut in casibus huiusmodi praescriberetur celebratio liturgica verbi, ad instar ritus exsequialis ambrosiani, ita ut statio in ecclesia semper complectatur liturgiam verbi, cum vel sine Sacrificio eucha-

ristico et deinde ritum qui olim vocabatur « absolutio defuncti » et in posterum « ultima commendatio et valedictio » vocabitur.

Quoad ritum exsequialem iuxta primum typum, haec sunt adnotanda:

a) De ritu ultimae commendationis et valedictionis.

Ritus qui usque adhuc « absolutio » vocabatur ita instauratus est ut deinceps clare appareat non agi de aliqua purificatione defuncti (quae ordinarie iam facta est per Sacrificium eucharisticum), sed de extrema valedictione, qua communitas christiana membrum suum consalutat antequam corpus defuncti efferatur.

Quod consentaneum est cum significatione primigena huius ritus in traditione liturgica romana et etiam cum illa ultima salutatione quae fit, per osculum quidem, in ritibus orientalibus. Liceat hic afferre verba quae de hoc ritu scripsit in suo commentario liturgico magnus ille Simeon Thessalonicensis, qui princeps vocari potest liturgistarum graecorum medii aevi: « Denique salutatio finalis (*epiteleutios aspasmos*) quae cantatur propter eorum ex hac vita migrationem et separationem, necnon quoniam adest communio et adunatio, quatenus mortui nequaquam ab invicem separabimur: omnes enim eandem teremus viam et in eodem loco collocabimur, neque separabimur unquam, nam Christo vivemus et nunc Christo adunamur, ad eum progredientes... factaque resurrectione, communionem verae fidei, universi simul fideles in Christo erimus » (P. G. 155, 685 b).

Quae verba cum profunditate theologica indicant duplicem significationem huius valedictionis: est separatio et non est, quia membra Christi sunt unum in Christo, nec morte separantur. Reapse christiani sumpserunt a paganis hunc usum ultimae valedictionis, et recte, quia usus ille non est paganus sed profunde humanus, et nostris etiam diebus invenitur in multis culturis adhuc non christianis, v. g. in Africa. Sed significatio huius usus transfigurata est per spem vitae aeternae: nam christiani non dicunt defunctis suis: « vale » tantum, sed: « vale in Domino », « valeas in Christo ».

Duplex significatio rei exprimitur in duplici nomine, scilicet « ultima commendatio et valedictio ». Sic verbum « valedictio » (quod est latinitatis christianae proprium) aliquomodo completur verbis « ultima commendatio ». Verbum autem « commendatio » habetur in traditione liturgica ad designandam non solum illam commendationem quae fit pro moribundo sed etiam varia officia pro defunctis. Posset etiam adhiberi appel-

latio graecorum « ultima salutatio ». De cetero, Auctoritatis territorialis erit invenire designationem pro unaquaque lingua aptam, et sensui christiano conformem.

Ad modum exempli aliquis typus ultimae commendationis et valedictionis refertur.

Prius sacerdos invitationem profert:

« Debitum humani corporis sepeliendi officium, fidelium more complentes, Deum cui omnia vivunt fideliter deprecemur, ut huius fratris nostri corpus a nobis in infirmitate sepeliendum, in virtute et ordine sanctorum resuscitet, et eius animam sanctis et fidelibus iubeat adgregari. Tribuat ei in iudicio misericordiam, ut morte redemptus, debitis solutus, patri reconciliatus, boni pastoris humeris reportatus, in comitatu aeterni regis, perenni gaudio et sanctorum consortio perfrui mereatur ».

Deinde canitur responsorium: *Subvenite, Sancti Dei*, vel aliud ex responsoriis indicatis. Post responsorium sacerdos dicit orationem:

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui N., ut defunctus saeculo tibi vivat, et quae per fragilitatem humanae conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

b) *In statione in coemeterio*, omisso cantico *Benedictus*, quod traditione liturgica antiquiore minime fulcitur, et difficultatem pastorem praebet (videmur enim defunctum alloqui), proponuntur quaedam invocationes litanicae, quarum conceptus e liturgia syriaca desumuntur, et in fine oratio dominica ab omnibus recitanda erit.

En aliquod exemplar:

« Pro fratre nostro, Dominum nostrum Iesum Christum deprecemur, qui dixit: Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet, et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum.

1. Ut, qui super Lazarum mortuum lacrimatus es, lacrimas nostras abstergere digneris.

R. *Te rogamus, audi nos.*

2. Ut, qui mortuos excitasti ad vitam, fratri quoque nostro vitam aeternam donare digneris.

R. Te rogamus, audi nos.

3. Ut, qui latroni paenitenti paradisum promisisti, fratrem hunc nostrum in coelum perducere digneris.

R. Te rogamus, audi nos.

4. Ut fratrem nostrum aquis baptismatis ablutum et unctione sacra signatum, inter sanctos et electos cooptare digneris.

R. Te rogamus, audi nos.

5. Ut fratrem nostrum in sacro convivio Corporis et Sanguinis tui enutritum, ad mensam regni tui admittere digneris.

R. Te rogamus, audi nos.

6. Ut nosmetipsos, fratris nostri desiderio maerentes, per fidei consolationem et spem vitae aeternae refovere digneris.

R. Te rogamus, audi nos ».

Art. II. De exceptione funeris in ecclesia quando liturgia exsequialis non statim locum habere debet.

Art. II proponit directiones pro casu speciali qui in aliquibus nationibus frequens est, videlicet quando corpus ad ecclesiam defertur alio die ac die ipsarum exsequiarum. Quibus in adiunctis, aliqua celebratio desideratur, de qua schema proponitur.

Art. III-VII. Collectio textuum qui sunt necessarii in ritu inibi descripto.

Ab art. III usque ad art. VII invenitur ille thesaurus lectionum biblicarum (art. III), psalmodiarum (art. IV), responsoriorum (art. V), orationum (art. VI), et formulariorum pro oratione fidelium (art. VII), de quo agitur in n. 7 *Praenotandum*.

Liceat pauca adnotare:

a) Sicut iam factum est pro Missa in Concilio, selectio pericoparum biblicarum ad libitum seligendarum proponitur, ad normam art. 35, 1 et 51 Constitutionis. Textus desumuntur pro maxima parte e traditione liturgica exsequiarum tam in Oriente quam in Occidente, diversis attentis fidelium conditionibus.

b) Responsoria proposita in art. V, quae omnia pertinent ad traditionem gregorianam, apta visa sunt pro ritu ultimae commendationis et valedictionis instaurando. Nihil prohibet quominus, ad normam n. 7 *Praenotandorum*, etiam alia adiciantur in Ritualibus particularibus.

c) In art. VIII ponuntur formularia orationis fidelium pro defunctis, disciplina de potestate auctoritatum territorialium circa approbationem formulariorum huiusmodi integra manente; quibus adicitur formula ad libitum pro invocationibus in coemeterio, e Ritualibus Germaniae et Poloniae desumpta.

CAPUT IV

DE TYPO II EXSEQUIARUM, QUI CELEBRATUR IN COEMETERIO, SCILICET IN SACELLO COEMETERIALI ET APUD SEPULCRUM

Caput IV complectitur ritum exsequialem iuxta secundum typum, cum duabus stationibus in coemeterio, scilicet, in sacello coemeteriali et apud sepulcrum. Iam aderat ritus huiusmodi in aliquibus ritualibus particularibus. Experimentiis collectis atque consideratis, ad mentem art. 23 Constitutionis, ritus sic aptatus est ut, prout fieri potuit, elementa communia haberentur inter typum primum et typum secundum. Statio tamen ad sepulcrum aliquantulum ditior est ne totus ritus nimis abbreviatur. In capite ritus adnotatur quod Missa exsequialis celebratur, absente cadavere, sive ante sive post exsequias.

CAPUT V

DE TYPO III EXSEQUIARUM, QUAE CELEBRANTUR IN DOMO DEFUNCTI

Ritus exsequialis iuxta typum III, in domo defuncti celebrandus, forsitan omnino inutilis in regionibus Europae, necessarius in multis ex iunioribus Ecclesiis. De rebus singulis, diversis adiunctis prae oculis habitis, ex proposito non agitur. Attamen conveniens visum est ut quaedam indicationes proponerentur, ita ut etiam hic haberi possent elementa communia cum ceteris typis, v. g. in liturgia verbi et in ritu ultimae commendationis et valedictionis. De cetero Auctoritates territoriales poterunt providere.

CAPUT VI

DE OFFICIO DEFUNCTORUM

Caput VI pauca continet et tantum ad interim provisum, cum nonnisi post instaurationem divini Officii considerari poterit quid de Officio defunctorum agendum sit.

Ad interim tria proponuntur:

a) lectiones ad libitum loco lectionum II et III nocturni Officii defunctorum;

b) suppresso responsorio *Libera me, Domine, de morte aeterna*, eius loco resp. *Libera me, Domine, de viis inferni*, ponatur;

c) loco Officii defunctorum, Ordinarius possit statuere aliquam liturgiam verbi esse celebrandam.

« Because Cardinal Ritter of St. Louis and Archbishop Paul Hallinan of Atlanta are members of the post-conciliar liturgical commission (Consilium), they have permission to assign places for " tryin'-gout " revised rites as they come from the Consilium. First of these was a funeral liturgy, and the September 30 issue of the St. Louis Review scouted some comments from the 21 parishes in that archdiocese in which it is being used.

Reactions quoted were uniformly enthusiastic, stressing particularly the paschal, joyful and hopeful character of the new rite, the freshness and flexibility of options in psalms and readings, happy impressions at seeing a liturgical color other than black and the personal greeting of family and friends at the door of the church. The dropping of the Dies Irae and the Libera was also greeted with enthusiasm ». (Liturgy, vol. 11, No. 9, November, 1966, p. 1).

Actuositas Coetuum Episcoporum

LIBRI LITURGICI OFFICIALES

REGIONES LINGUAE GALLICAE

Ton commun des préfaces et du Notre Père

Méodies approuvées

Editores: Desclée-Dessain-Mame.

Impressum in Belgio, Typis Desclée et Cie, Tournai 1966.

18,5×24,5 cm., 48 pp.

Hic fasciculus continens melodias officiales pro cantu Praefationum et « Pater noster », approbatus est pro regionibus linguae gallicae, die 15 augusti 1966.

REGIONES LINGUAE HISPANICAE

Ritual de los Sacramentos

Texto oficial de experimentación que, presentado por la Comisión mixta (CELAM-ESPANA), ha sido confirmado por el « Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia ».

Editor: Editorial Liturgica Española, Barcelona 1966.

15×20,5 cm., 268 pp.

CONTENTUM: Normas generales para la celebración de los sacramentos; Iniciación cristiana: Sacramento del Bautismo, Sacramento de la Confirmación, Sacramento de la eucaristía; Sacramento de la penitencia; Ritos de los enfermos; La muerte del cristiano: Viático y preces por los moribundos; Las exequias; El Matrimonio; Apéndice: bendición del agua, bendición del pueblo con agua bendita en domingo.¹

¹ Habetur insuper editio trium voluminum: I. *Bautismo - Confirmación - Eucaristía*; II. *Penitencia - Enfermos-Muerte del Cristiano*; III. *Exequias - Matrimonio - Bendiciones*. Contentum autem idem est.

LE PSAUME GRADUEL

Notitiae iam praesentaverunt Ordinem lectionum per ferias paratum a Coetu Episcoporum Galliae, qui hanc propriam notam habet quod post primam lectionem aptum psalmum gradualem praebet. Naturam, structuram, sensum huius psalmi praesens articulus ostendit.

I. SIGNIFICATION

Le psaume graduel est la réponse par laquelle la communauté accueille la parole de Dieu.

1) A l'intervention de Dieu dans l'histoire du salut répond la louange et la « bénédiction » de l'homme. A l'*actio Dei* répond la *re-actio* de la communauté. Cette réponse de la communauté aux *mirabilia Dei*, s'exprime dans le « Cantique » biblique.

Exemples:

— Dieu délivre le peuple de l'Exode et lui fait passer la Mer Rouge. La communauté répond à Dieu par les cantiques de Moïse et de Miryam, Ex 15, 1-18 et 21.

— Dieu délivre son peuple de la main de Siséra. Débora et Baraq répondent à Dieu par un cantique, Jg 5,2-31.

— Dieu délivre Anne de sa stérilité en la faisant devenir mère de Samuel. Anne répond à Dieu par son cantique, 1 Sm 2,1-10.

— Dieu guérit le roi Ezéchias et le sauve de la mort; le roi répond à Dieu par un cantique, Is 38, 10-20.

— Dieu guérit Tobit de sa cécité; il répond à cette délivrance par un cantique, Tob 13,1-17.

— Dieu sauve son peuple de la main d'Holopherne. La communauté chante sa délivrance par le cantique de Judith, Jdt 16,1-16.

Et dans le Nouveau Testament:

— Dieu réalise la délivrance messianique. Marie répond par le *Magnificat*.

— Dieu intervient en faveur de Zacharie, qui chante le *Benedictus*.

— Le Messie se révèle à Syméon, qui chante le *Nunc dimittis*.

Cette réponse de la communauté peut revêtir les différentes formes de la prière. Elle se plaît principalement dans la « bénédiction » biblique (qui comprend l'action de grâce à partir des *mirabilia Dei*). Les exemples les plus significatifs sont:

— dans l'A. T., le grand Hallel, Ps 136, où chacune des *mirabilia Dei* est acclamée par la louange « Car éternel est son amour »;

— dans le N. T., par le *Magnificat*.

2) La lecture de la Parole de Dieu dans la communauté liturgique n'est pas simplement la lecture des archives du peuple de Dieu, de l'Ancien et du Nouveau Testament. Elle est bien plutôt l'*actualisation* (« Aujourd'hui s'est accomplie cette Parole »: Lc 4, 21), au profit de la communauté liturgique, des événements et des prophéties qui annoncent et proclament Jésus Christ. Elle est une vraie célébration du Christ présent dans les Ecritures.

A cette proclamation du Christ en sa parole, la communauté répond par le Psaume Graduel. On peut tracer le parallèle suivant: de même que, dans l'histoire du Peuple de Dieu, la communauté répond aux *mirabilia Dei* par le « Cantique » biblique, ainsi la communauté liturgique actuelle répond à la Parole — qui rappelle devant elle ces *mirabilia* — par le psaume graduel. Ce psaume exprime ainsi, par la louange, l'action de grâce et la demande, son accueil de la Parole.

En résumé:

1) dans l'histoire sainte, la communauté répond aux *mirabilia Dei* par le « Cantique » biblique;

2) dans la célébration liturgique, la communauté répond à la proclamation de ces *mirabilia* par le psaume graduel.

II. FORME

1. *Principe général.*

Le psaume graduel est une lecture — psalmodiée — de forme responsoriale.

a) *Une lecture du psaume.*

La tradition (latine, v. g. saint Augustin et saint Léon) considère le psaume comme une vraie lecture de la parole de Dieu. Cela suppose que cette parole soit donnée avec une certaine ampleur:

On peut penser que deux versets (tels qu'ils existaient dans le *Graduale Romanum*) sont nettement insuffisants pour proclamer le Christ des Ecritures.

On estime cependant qu'il n'est pas requis que le Psaume soit nécessairement donné en son entier.

b) *Une lecture psalmodiée*

Le psaume, composition lyrique, requiert un minimum de chant, c'est-à-dire la psalmodie ou la cantillation.

Il ne convient pas cependant que la musique prenne une importance trop grande, soit sur le plan mélodique, soit sur le plan harmonique. Il ne faut pas en effet que les neumes ou les harmonies prennent le pas sur la parole de Dieu et empêchent les fidèles de percevoir le message, qui est le visage de Jésus Christ.

Il sera opportun de faciliter la psalmodie en disposant les versets par distiques, ou par « strophe » de trois ou quatre stiques.

c) *De forme responsoriale*

Le peuple intervient dans le chant du psaume par un court refrain, selon le mot de saint Augustin: « Legenti respondentes cantavimus » (PL 36, 453).

2. *Application dans le Lectionnaire français*

Dans le Lectionnaire français, on a tenu compte de ces données en adoptant les règles suivantes:

a) *Nombre de stiques du Psaume.*

En moyenne, on propose douze stiques (la valeur de six versets ou distiques).

Pour faciliter la psalmodie par le « psalmiste », on a disposé ces douze stiques soit en trois strophes de quatre stiques, soit en quatre strophes de trois stiques.

L'antienne est ainsi reprise par la communauté quatre ou cinq fois. L'expérience montre que cette fréquence est excellente.

Exemple: Graduel du mercredi de la 3ème semaine après la Pentecôte (Ps = Psalmiste; As = Assemblée).

Ant. Je t'aime, Seigneur, ma force.

As. Je t'aime, Seigneur, ma force.

1ère strophe:

Ps. Je t'aime, Seigneur, ma force.
mon Sauveur, tu m'as sauvé de la violence.
Le Seigneur est mon roc, mon rempart,
et mon libérateur, c'est Dieu.

As. Je t'aime, Seigneur, ma force.

2ème strophe:

Ps. Je m'abrite en lui, mon rocher,
mon bouclier, ma force de salut.
Ma citadelle et mon refuge très louable;
j'invoque le Seigneur, je suis sauvé.

As. Je t'aime, Seigneur, ma force.

3ème strophe:

Ps. Dieu, sa voie est sans reproche
et la parole du Seigneur sans alliage.
Il est, lui, mon bouclier
de quiconque s'abrite en lui.

As. Je t'aime, Seigneur, ma force.

b) *Antienne*

Pour faciliter la participation du peuple au Psaume par le chant de l'antienne, on laisse une grande liberté dans le choix de celle-ci. On propose ainsi:

a) Une antienne dont le texte est extrait du psaume lui-même. Il s'agit ordinairement du verset-clé, qui explique le psaume ou la lecture, ou du verset le plus significatif du psaume.

b) On laisse la possibilité de chanter une antienne à choisir parmi le répertoire connu de la communauté. Cette possibilité sera particulièrement utile aux communautés qui sont plus pauvres sur le plan musical, et ne peuvent (inventer ou) apprendre chaque jour une antienne nouvelle.

c) *Choix du psaume*

Le principe général auquel on s'est tenu est le suivant: le psaume graduel répond à la parole proclamée.

Le texte de cette réponse doit être « ad rem », c'est-à-dire s'harmoniser avec le texte proclamé. Pour assurer au mieux cette harmonisation, on a appliqué les règles suivantes (que l'on donne ici par ordre d'importance décroissante):

